

dissimulata; immensus numerus ne suspicionem moveret, primum in vulgus sparserunt, fissiones nuper in alveo Castellani factas esse: ac re vera tum permultae ibi glandes repertae sunt (p. 632), at inscriptae paucissimae; deinde eo confugerunt, ut glandes ab comite Arpinio per multos annos collectas iam venisse (*Monatsber.* 1876 p. 64) narrarent: hanc meram esse fabulam a negotiantibus fictam Asculi comperi. — Nonnumquam tamen etiam originem falsam mentiti sunt cum variandi gratia tum ut merci pretium auferent. Ita quaedam apud Hatriam et Maceratam repertae esse dictae sunt (vide ad 727* 1. 748*), Urbisalviae 744*, Cortonae 750*, apud lacum Trasimenum 753*, apud *Sathonay Galliae* 743* cf. 759*, denique una 780* Athenis provenisse fertur. Ita cum erroribus editorum tum negotiantium fraudibus immanis perturbatio universum inscriptionum genus occupavit. Inscriptio genuina, ut POMP, editur

male lecta diverse, modo ROMA, modo COMA, modo TOMR; falsarii hos editorum errores ficticiis glandibus inferunt, ut iam omnes illae lectiones falsae in plumbo quoque reperiantur; hae falsae glandes pro genuinis habentur et eduntur, sed a quibusdam editoribus de novo perperam leguntur, ut OPEROR Desj., OPTERVA Bergk effecerunt ex OPTERGA; inscriptionem ex L·A·CALVII fictam a falsario hanc CMVMLVII male legerunt CMVRLVS Desj., DONVM LVII Bergk; denique eiusmodi falsae falsarum lectiones ab eodem falsario in glandibus de novo excuduntur (OPEROR et CMVRLVS). Profecto in nullo alio inscriptionum genere et describentium edentiumque culpa et falsariorum fraude errorum propago unquam latius patuit.

664* [vol. I n. 644] De origine vide ad vol. IX n. 6086 IX 43. Nunc est musei Kircheriani n. 204.

ROMA

Descripti. — De Minicis t. II 4, p. 202 sq. (Mommsen vol. I l. l.; Ritschl t. VIII 6); Garrucci Syll. n. 935; Ruggiero Catal. n. 204.

665* [vol. I n. 645] musei Kircheriani n. 203.

ITAL

Descripti. — Ruggiero Cat. n. 203.

666* [vol. I n. 645 not.] Ex agro Piceno MINIC. Nunc in museo Kirch. n. 241.

HAF

Descripti. — De Minicis t. II 24 p. 202. 245 (Fabretti Corp. I. Ital. 1867 n. 2686, bis, b et tab. XLV); Ritschl t. VIII 23; Garrucci Syll. n. 937; Ruggiero Catal. n. 241.

667* [vol. I n. 656] Hanc et sequentem professor Vincentius De Paolis (quo de cf. ad n. 684*) in Piceno et ad ripas Truenti repperit, a quo accepit museum Kircherianum MINIC. p. 243. Ibi est n. 244.

L II ITAL

Descripti. — De Minicis t. II 24 p. 202. 242 (Mommsen l. l.; Ritschl t. VIII 24); Garrucci Syll. n. 949; Ruggiero Cat. n. 244.

668* [vol. I n. 656 not.] mus. Kirch. n. 245. Cf. ad praecedentem.

II · HA.

Descripti. — De Minicis t. II 20 p. 202. 242 (Mommsen vol. I ad n. 656; Ritschl t. VIII 25); Ruggiero Cat. n. 245.

Falsarius non dubium est quin de *(legione) II Italica* cogitaverit, sed de industria inscriptionem mutilam effinxit.

669* [vol. I n. 695] mus. Kircher. n. 256.

L · V · M)(P FEL

Descripti. — De Minicis t. II 56 p. 234 (Ritschl IX 39, Mommsen l. l.); Garrucci Syll. 1083; Ruggiero Cat. n. 256.

670* mus. Kircher. n. 247.

L VI
VOLV

Descripti. — Garrucci Syll. n. 953; Ruggiero Cat. n. 247.

671* [vol. I n. 658] Reperta prope ripas Truenti MINIC., nunc est in museo Kircher. n. 246.

L VI
VOL

Descripti. — De Minicis t. II 8 p. 202. 208 (Mommsen l. l.; Ritschl t. VIII 42); Garrucci Syll. n. 952; Ruggiero Cat. n. 246.

672* [vol. I n. 659] Ex Piceno MINIC., nunc in mus. Kircher. n. 249.

LEG
VIF

Descripti. — De Minicis t. II 9 p. 202. 208 (Ritschl t. VIII 43; Mommsen l. l.; Garrucci Syll. n. 954); Ruggiero Cat. n. 249.

673* [vol. I n. 660] reperta in Truenti ripis MINIC., nunc in museo Kircher. n. 220.

L XII
FVL

Descripti. — De Minicis t. II 64 p. 237 (Mommsen l. l.); Ritschl t. IX 48; Garrucci Syll. n. 964; Ruggiero Cat. n. 220.

674* [vol. I n. 662] *ritrovata negli Abruzzi* MINIC., nunc in mus. Kircher. n. 222.

LEG XVIII
FIR

Descripti. — De Minicis t. II [n. 7] p. 202. 207 (Ritschl t. VIII 45; Mommsen l. l.; Fabretti Corp. I. Ital. n. 2684 bis et Glossar. p. 484); Garrucci Syll. n. 966; Ruggiero Cat. n. 222.

Cum in inscriptione Gruteriana 1096, 6 LEG XVIII FIRM male pro LEG·XVI·FL·FIRM et in Fabrettiana 385, 221 XVIII... pro XVI·FL·F... legeretur (cf. Kellermann Vig. n. 34; Mommsen l. N. 1947 = vol. X 4202, Borghesi opp. VII p. 466), legionem XVIII firmam existisse tum quidem credebant. Eo errore seductus falsarius hanc inscriptionem finxit. Et Minicium quidem iam a. 1836 a Borghesio de hac re monitus est, sed tantum aberat, ut momentem audiret, ut virum summum eiusque ratiocinationem ne commemoraret quidem.

675* [vol. I n. 664] *degli Abruzzi* MIN., nunc in mus. Kircher. n. 248.

L XXX
V V

Descripti. — De Minicis t. II 44 p. 202. 209 (Ritschl t. VIII 47; Mommsen l. l., unde Garrucci Syll. p. 263); Ruggiero Cat. n. 248.

676* [vol. I n. 686] inter glandes belli socialis retulit MINIC., nunc mus. Kircher. n. 234.

MAR
VLT

Descripti. — De Minicis t. II 43 p. 203. 240 (Ritschl t. VIII 4; Mommsen l. l., unde Garrucci Syll. p. 263); Ruggiero Cat. n. 234.

677* [vol. I n. 646] nuper rep. prope Truentum MINIC., nunc in museo Kircher. n. 227.

SER)(ITLAE
VI

Descripti. — De Minicis t. II 34 p. 219 (Mommsen l. l.); Ritschl t. VIII 2; Garrucci Syll. n. 943; Ruggiero Cat. n. 227.

Servi)([p]eristi[s]. p et s numquam fuerunt in glande, quippe in qua nullum iacturae indicium insit. Immo falsarius de industria inscriptionem proposuit mutilam. — Cf. ad n. 6086 XIII.

678* [vol. I n. 648] Asculo provenit MINIC., nunc in mus. Kircher. n. 230.

TREPI

Contuli. — De Minicis t. II 29 p. 202. 247 (Ritschl t. VIII 3; Mommsen l. l.); Garrucci Syll. n. 938; Ruggiero Cat. n. 230.

Fortasse *trepide* explicandum esse Minicium coniecit.

679* [vol. I n. 674] inter belli socialis glandes retulit MINIC., nunc in mus. Kircher. n. 234.

VEL

Contuli. — De Minicis t. II 34 p. 202. 248, 4 (Ritschl t. VIII 30; Mommsen l. l.); Garrucci Syll. n. 973; Ruggiero Cat. n. 234.

Velites aut oppidi nomen intellegendum esse putavit Minicium.

680* mus. Kircher. n. 233.

FERI

Contuli. — Ruggiero Cat. n. 233.

681* ab De-Paolis [cf. ad n. 667*] acquisivit museum Kircherianum [n. 246] MINIC.

73EKT2

Descripti. — De Minicis p. 254; Fabretti Corp. I. Ital. n. 2635 et tab. XLIV; Ruggiero Cat. n. 246.

Recepi extra ordinem quamvis non sit Latina. Legunt *strev*[s].

682* [vol. I n. 650 not.] Vbi reperta sit, non indicavit, sed inter Picenas Aprutinasque exhibet MINICIVS; cf. ad n. 6086 IX 43. Olim Firmi apud Minicium, nunc Perusiae apud comitem Rossi-Scotti.

FERI)(MAU

Descripti. — De Minicis t. II 4 p. 202. 203 (Ritschl t. VIII 8; Mommsen l. l.).

Litterae exsecando factae sunt et quamquam pars glandis resecta est, tamen inscriptio integra exstat: *feri*)(*Mag.*, quibus notum illud (n. 6086 IX) *feri*)(*Pomp(eium)* variatum esse puto, per errorem Strabone et Magno inter se confusis. Nam nimis docte pro falsarii indole de Minatio Magio, Vellei Paterculi atavo (II 46), cogitaveris cum editore spuriae n. 737* 33. — Aversam partem male sic fere MAU· exhibet Minicium, interpretans [RO]MA insequente cifra, *che indica il fine della leggenda.*

682a* [vol. I n. 704] Perugia accepit libello suo paene excuso MINICIVS, ex eius museo venit ad comitem Rossi-Scotti Perusinum.

CAES IMP)($\leftarrow \leftarrow \rightarrow \rightarrow$
LEG XI

Descripti. — De Minicis t. II n. II p. 239, cf. p. 253 not. 2 (Ritschl t. IX 53, Mommsen l. l., Rossi-Scotti *Periodico di numism.* III p. 37).

V. 2 numerus minus clarus est; cogitari, ut opinor, falsarius voluit de legione XI cum divi Iulii mentione coniuncta in glandibus Perusinis (vol. I n. 697 sq.). — Quattuor glandes inscriptae

CAE IM)(fulmen
LEG X

quas marchionem Carolum Strozzi Florentinum possidere testatur Rossi-Scottius l. l., non dubium mihi est, quin sicuti reliqua Strozzi supellex a falsario Asculano ex hac Miniciana repetitae sint; cf. n. 734* 22.

683* haec cum 684* et 686* Asculo venit in museum Kircher. [n. 285] MINIC. Longa est 0,086.

B · T · I ·

Descripti. — Minicis p. 252 (Mommsen l. l.); Ruggiero Catal. n. 285.

In fine utrum 1·1 an 1· an 1· voluerit falsarius incertum est; B·T :::: Min., B·T·II· Rugg.; similia habentur n. 694*.